

1^a Ex una Augustini datur motus gratia
 qua ~~possit~~ voluntate hois p̄ determinet ad actus supernales
 Ut brevi possimus comprehendere unde sint utriusque
 partis fundamenta, vel indicia ex doctrina Augusti-
 ni petenda; aduertit in primis duo esse principalia prin-
 cipia ex quibus possit necessitas huius physica de-
 terminationis humanae voluntatis à diuina elui. Primum
 est generalis subordinatio necessaria, quae est inter causã
 secundam et primam. Secundum est necessitas diuinae
 gratiae ad opera supernaturalia; ita ut in eis specialiter
 requirat Augustinus hanc physicam determinationem.
 De primo principio nihil dicam, ^{sum} ~~non solum~~ quia ex ea
 parte quae commune est omnibus operibus humanis
 etiam malis, improbabile mihi est illud fundamentum:
 tum maxime (quod ad praesens spectat) quia illa de-
 ductio, seu illatio nullum habet in doctrina Augustini fun-
 damentum. Vbiunque enim aliquid speciale tribuere vi-
 detur diuinae efficacitati circa hominis voluntatem lo-
 quitur in defensionum gratia, et ut necessitatem illius
 ostendat: non ergo agit de motione seu actione Dei prop-
 ter generalem subordinatiõnem seu dependentiam causae
 secundae à prima. Quod plane constabit ex testimonijs statim
 tractandis. Et quia extra illa opuscula, in quibus pro
 gratia Dei contra Pelagianos pugnat, nullum inuenietur
 aut afferretur testimonium, quo talem determinationem
 indicet; sed solam necessitatem diuini influxus ad esse in-
 inueniunt rei, vel aliorum. Sic lib. 12. de ciuitate cap.
 25. Quis (scilicet Dei, inquit) occulta potentia cuncta
penetrans incommutabili praesentia, facit esse quid quid
aliquo modo est, in quantum unquam est, quia nisi faciente
illo, non tale vel tale esset, sed profus esse non posset.



Infra Nec operarios habet nisi quos ipse creavit
Et si potentiam suam (ut ita dicam) fabricatoriam rebus sub-
trahat, ita non erunt, sicut ante quam ferent, non fuerunt.
Et lib. 16. cap. 5. expendens illam sententiam Genes. 11.
Venite et descendentes confundamus linguam eorum, ait illis
significasse Deum, ita se operari per ministros suos, ut
sint etiam ipsi cooperatores Dei. Et loquitur aperte de
operibus quae ab angelis naturaliter fieri possunt, non
tamen sine concursu Dei, ubi nullum est in diuino de-
terminationis. Quia potius in eodem opere de civitate lib. 7.
c. 30. generaliter dixit, Sic Deus administrat omnia quae
creavit, ut etiam ipsa proprios exercere et agere mo-
tus sinat. Ex subordinatione igitur causa secunda ad
primam nihil quoad hanc partem colligi potest: nec
Augustinus de naturalibus operibus, sed de virtute gratiae
loquitur est, ubi cumque de hac singulari Dei efficacia
formam habuit. Nam ut ibidem dixit lib. 16. de civit.
c. 26. expendens promissionem factam Abraham de pro-
creando Isaac, Benedicam ultra illam (id est Saram) et
dabo tibi filium in ea. In filio promissionis significatur
gratia et non natura, Quamvis enim et naturalis pro-
creationis excussum Deus operetur: ubi tamen evidens opus
Dei est, vitata et cessante natura, ibi evidentius intel-
ligitur gratia. Sic ergo licet Deus omnia nostra opera
ut prima causa operetur, tamen cum singulariter Au-
gustinus intendit nostra opera esse dona Dei, eviden-
ter loquitur de gratia et dependentia nostra voluntatis
ab illa in operibus eius, videndum ergo est, an ex
efficacia quam Augustinus tribuit gratiae, haec deter-
minatio physica colligatur. — —

Secundo suppono, duo praevidenda esse prope principia in materia de Gratia, in quibus haec determinatio nitatur, unum est Principium salutis, omnino boni operis ad pietatem et salutem conducentis non esse ex libero arbitrio, sed ex gratia divina. Aliud est in electis et praedestinatis, atque adeo in omnibus, qui ad Deum supernaturaliter convertuntur, esse quandam peculiarem gratiam, per quam eis infallibiliter datur ut convertantur, credant, ament, vel perseverent, et non tantum ut possint hoc facere. Primum ex his principiis certissimum est in doctrina Augustini, et pro illo pugnant singulatim post alia opera in libris De Praedestinatione Sanctorum, et De Dono perseverantiae, qui sunt veluti testamentum Augustini, et ultima eius sententia in materia de Gratia. Est enim illud principium de se certissimum, et in sacra scriptura satis expressum, et contra Pelagianos, et Semipelagianos definitum esse in concilio Arausicano 2. can. 3. 4. 5. et 6. et in Tridentino sess. 6. c. 5. et can. 3. Veruntamen principium hoc impertinens est ad colligendum ex illo physicam voluntatis determinationem per gratiam: nec in doctrina Augustini, vel minimum aliquod testimonium reperitur, in quo talis collectio fundari possit. Nam in utroque opere citato, et lib. 1. Quaestionum ad Simplician. q. 2. et ubique illam materiam tractat, in hoc consistere dicit, quod initium salutis fit ex Deo, et non ex nobis, quod divina gratia omnia opera nostra praevenerit, et prima gratia inspiratio atque vocatio non ex meritis nostris datur, sed ex gratia. Ut non sint (inquit ad Simplicianum) opera praecedentia gratiam, sed consequentia



7
14. Optime Epistola 107.

Ut scilicet nemo arbitretur ideo se percipisse gratiam
(utique quoad primum initium eius) quia bene operatus
est, sed bene operari non posse nisi per fidem percipere
vit gratiam; incipit autem homo percipere gratiam, ex
quo incipit Deo credere, vel interna vel externa admoni-
tione motus ad fidem. Quod ibi ^{et} ⁱⁿ his locis quae
max commemorabimus, late prosequitur. Optime autem
et breviter Epist. 106. dicens Cum fides impetrat iustifi-
cationem, non gratiam Dei aliquid meriti praecedit hu-
mani, sed ipsa gratia mereatur augeri, ut aulta mere-
atur et perfici, comitante, non dicente; pedisequa, non
gratia voluntate. Quantumcumque enim cogita-
vero merita mea, misericordia eius praevenerit me. ^{Gal. 10.}
Et eodem modo exposuit hoc initium gratiae Concilium
Trident. sess. 6. c. 5. dicens, Declarat praeterea iustificati-
onis exordium in adultis a Deo per Christum Jesum pra-
eueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua
multis eorum existentibus meritis vocantur. Quomodo autem
ex hoc primo gratiae principio, quod fit per inspiratio-
nem, vel excitationem divinam, sequantur in nobis bona
opera, an per determinationem physicam voluntatis, vel alio
modo: neque ad illud principium pertinet, ut fuisse no-
tum est, nec cum illo habet coniunctionem, ut ex diandis
evidenter patebit: Satis nunc sit ad id de quo agimus
Augustinum nunquam talem collectionem fecisse, nec adum-
brasse. Libere enim et sine arrogancia dicam, non se-
mel, sed saepius diligenter evoluisse omnia opera quae
Augustinus de hac ^{matéria} scripsit, magna animi indifferentia, et
solo desiderio intelligendi veritatem; nunquamque ab-
quid inuenisse, quod infirmet vel illud principium ali-
ter intelligere, vel ex illo determinationem physicam
colligi

colligi posse. Adde etiam multa occurrere, in quibus
oppositum non leuiter significatur, quae in sequentibus
commemorabo. ~ ~ ~

Argumenta pro sententia affirmante.

In alio ergo gratia principio totus huius disputatio:
nis cardo versatur. Nam etiam illud principium verissi-
mum est, et in doctrina Augustini longe certissimum. Quod
autem in illo determinatio hae physica voluntatis conti-
neatur; et res ipsa et frequentissima Augustinighi:
monia suadere videntur. Res quidem, quia voluntas
diuina efficacissima est, et quando aliquid definite et
efficaciter statuit, fieri non potest quin illud fiat, sed
iuxta sententiam Augustini Deus ex se solo, et
ante omnem nostram determinationem ita statuit de
salute eorum, qui cum effectu saluantur, et de fide eo-
rum qui actu credunt, et de penitentia eorum qui
illam agunt, et sic de alijs: ergo fieri non potest quin
ita fiat: ergo per illam voluntatem diuinam, vel per
media illi proportionata determinatur voluntas hu-
mana, ut velit credit credere, penitere etc. Quia
nec potest resistere efficaci voluntati diuinae, nec
potest aliter eius operatio esse prorsus infallibilis
et conformis voluntati Dei. ~ ~ ~



Testimonia autem Augustini possent innumera
recenseri, sed pauca et efficaciora commemorabo. Primum
sit ex lib. de Pradestin. Sanct. c. 6. Multi audiunt ver-
bum veritatis, sed alij credunt, alij contra diuunt: volunt
ergo isti, nolunt autem illi: quis hoc ignorat? sed cui
alijs preparatur voluntas ^{à Domino} alijs non preparatur. discernen-
dum est quid veniat de misericordia, et quid de iudicio.

Vbi interrogo quid possit Augustinus nomine preparatio-
nis voluntatis nisi determinationem intelligere. Aut enim
illa preparatio talis est, ut ei credi possit, et hoc modo
etiam multorum voluntas preparatur, qui non credunt, etiam
nunquam ex parte gratia essent sufficienter preparati ad
credendum, et consequenter nec peccarent non credendo. Est
ergo illa preparatio talis, ut ei credi non possit, et hoc est
de terminatio. ~ ~

Secundum Augustini testimonium sumi potest
ex eodem lib. c. 8. vbi eandem differentiam constituit
inter eos qui cum idem euangelium ab eodem predicatore
eodem modo profitum audiunt, quidam credunt, quidam
non credunt, subdit, Sed qui credunt predicatori forinsecus
sonanti, intus à Patre audiunt, et discunt: qui autem non
credunt, forinsecus audiunt, intus autem non audiunt, neque
discunt. Explicans autem quid sit intus audire et discere
addit, hoc est, illis datur ut credant, istis non datur, quia nemo
venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Sentit
ergo Augustinus eos qui credunt, ita interiori trahi et doceri
à Deo, ut omnino credant, ita ut minime possint non cre-
dere, si ita interiori doceantur: cum ergo non credant nisi
volendo, determinatur profus eorum voluntas, ut velint
credere. Unde de non credentibus subiungit, Si illis docere
voluisset, procul dubio venissent et ipsi. Determinaren-
tur ergo profus ad credendum. ~ ~

Sunt praeterea in eodem capite alia difficilia verba,
quae eandem Augustini mentem profus ostendere viden-
tur. Afferens enim aduersariorum obiectionem, quae nunquam
frequentis est, ait, Quare inquirunt non omnes docet? et
referens aliorum rationem, scilicet, quia volunt discere, contra
illam subiungit, Et ubi est quod ei dicitur, Domine tu

conuertens uinificabis nos? aut si non facit volentes ex no-
 lentibus Deus, quid orat Ecclesia secundum preceptum
 Domini, pro persecutoribus suis? sentit ergo Aug. illos
 qui non credunt, ideo non credere quia non conuertuntur
 à Deo, et quia non facit eos ex nolentibus volentes: qui ergo
 credunt, ideo credunt, quia Deus facit illos ex nolentibus vo-
 lentes: quid autem aliud est voluntatem determinare, nisi
 eam fauere efficaciter, ita enim plane intelligit August.
 volentem, aut nolentem. ~ ~

Ex libro etiam de Bono persever. c. 1. 6. 15. et 22.
 intelligitur aperte Augustini contra Maleficientes, Libertas
 Pelagianorum, disputando, hanc differentiam consistere inter
 eos qui alibi perseverant, et eos qui non perseverant, quod
 illi gratiam aliquam specialem recipiunt, Qua si data est
(inquit) perseveratum est usque ad finem, si autem non est
perseveratum usque ad finem, non est data. At si aperte
 liceret, talis est illa gratia, ut hominem ad perseverandum
 determinet, nec possit hic effectus ab illa causa separari:
 at vero perseverantia non fit sine voluntate: ergo ex
 sententia Augustini, in his qui alibi perseverant, gratia deter-
 minat voluntatem eorum, ut perseverent. ~ ~

Explicavit hoc ipsum apertius Augustinus lib. de
 Correl. et Grat. cap. 11. Vbi agens de gratia adiutorio
 quod per Christum datur hominibus predestinatis, tantum
 ac tale dicit esse, ut non solum adsit, sine quo permanere
non possumus, etiamsi velimus; verum etiam tantum ac tale
fit, ut velimus. Determinatur ergo per talem gratiam
 ut omnino velimus. Et cap. 12. subiungit gravissima verba,
Subuenit enim infirmitati voluntatis Humanae, ut divina
gratia indeclinabiliter, et inseparabiliter ageret etc. Vbi
 etiam obscurissimam differentiam constituit inter Adamum
 et hominem lapsam, à ~~gratia~~^{qua} ~~gratia~~ prouenit, ut ille



184
Sicut in magna gratia et rectitudine conditus non perseueravit;
Sic autem sicut infirmus, et debilis, frequenter perseue-
ret, Fortissimo quippe (inquit) demisit, atque permisit facere
quod uellet, infirmis seruauit, ut ipso donante, inuictissime quod
bonum est, Vellet, et hoc desereret inuictissime nollet. Ex
differentia, quod uoluntas Adae non est a Deo determinata
ad bonum: noscitur autem, si sit Sominiis Eliti, determinatur.

In rebus lib. 2. de Peccat. merit. et remis. cap. 19.
Ideo (inquit) quisque nostrum bonum opus suscipere a-
gere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectari, nunc non
delectari, ut nouerit non sua facultatis, sed diuini muneris esse,
uel quod scit, uel quod delectari. Sicut ergo scientia et
cognitio est ex determinatione diuina, ita etiam uoluntas.

Est etiam egregius locus lib. de Correctione et gratia
cap. 19. ubi sic ait, Cum Somines per correctionem in uiam iu-
stitiae seu ueniunt, seu reuertuntur, quis operari in cordibus eo-
rum salutem, nisi ille qui quolibet plantante, atque rigante,
Dat incrementum Deus, cui uolenti saluum fore, nullum sua
manum resistit arbitrium? Sic. n. uelle, et nolle in uolentis, et
nolentis est potestas, ut diuinam uoluntatem non impediat
neque superet potestatem. Ergo totum hoc negotium ponitur Au-
gustinus in diuina uoluntate, cui noscitur resistere non potest.
Ponit autem illam antecedentem, Etia efficaciter insistentem, ut
impediri non possit. Quia ergo maior determinatio cogitari po-
test? Et ideo dicit idem Augustinus in Concordia. cap. 103.
Nullus Sominiuum saluus est, Nisi quem Deus saluum fieri uult
Et ideo rogandus est ut uelit, quia si uult, necesse est fieri.

Idem Epist. 107.

Est etiam uerum testimonium lib. 1. de gratia (Sicut
cap. 19. Inuocantur (inquit) atque fateantur non lege atque
doctrina donante, foris quibus sed interna atque uolta, uel uoluntate
Sicut in fabris crescat operari Deum in cordibus humanis,
non solum ueram reuelationem, sed etiam bonam uoluntatem. No-
uidetur posse sanus tribuere omnipotentiae Dei determinatio-
nem uoluntatis humane in operibus gratiae. Multaque similia
Sicut mihi ponit ex lib. Concordia. cap. 8. et 99. et lib. de gratia
et liber. arbit. cap. 16. et 17. inueniuntur (ait) uires efficaciter mag.
Item lib. 2. contra duas Epist. Pelagianorum, cap. 9. et
lib. 4. c. 6. prout finem, et alibi passim.

Sententia negans

356 445

His non obstantibus, conseo, nunquam fuisse Augustini mentem, Sine modum efficacitatis gratiae exhibere, multoque minus esse ad salutem & ad omnia supernaturalia opera Summa necessaria, nimirum per physicam ~~et~~ determinationem voluntatis, quae in nobis a Deo fiat, antecedenter ad consensum nostrum. Moneor autem praecipue circa fundamenta, quae breviter explicabo.

Primum fundamentum

Primum fundamentum est, quia nunquam Augustinus Socris & formalibus verbis docuit, non solum utendo nomine physicae determinationis, verum nec absolute, voce determinationis, aut verbo praedeterminandi: Ego enim nec Suiusmodi locutionem in Augustino legi, nec ab aliis profecti uideo. At in re tam ardua, totque difficultatibus implicata, non est Augustino imponendum, quod ipse expresse non dixit. Maxime cum illa verba non sint adeo extraordinaria, quin facile occurrat, sineque uel unica, uel aptissima ad illum effectum explicandum. Illud ergo profecto est, Augustinum ad significandam illam singularem efficaciam gratiae in seipsis alios loquendi modis inuenisse, ut mentem suam nobis exponeret, & sine praermissione, qui omnium esset clarior, & ad constituendam differentiam inter eos, qui consentiunt, uel non consentiunt gratiae, aptior, si in illa physica determinatione voluntatis talem differentiam ipse constituisse uoluisset.



Ad hoc fundamentum confirmandum expendo locum citatum Augustini ex lib. de Tractat. sanct. .6. Muli audiunt Verbum ueritatis, sed alij credunt, alij contradicunt: uolunt ergo isti, nolunt autem illi: quis Socris ignorat? sed cum alij preparatur uoluntas a Domino, alij non preparatur, discernendum est quid ueniat de misericordia, quid de iudicio? Quis non uideat quam sit diuersum, preparari uoluntatem, uel determinari? Cur ergo non dicit Augustinus, discernendum est unius uoluntatem determinari, alterius non determinari? Assignare namque uoluit Augustinus radicem, & rationem sufficientem ex parte Dei, cur Socris uelit, ille nolit: si autem Deus determinaret uoluntates, quae consentiunt, Socris esset unica & adaequata ratio illius diuersitatis: at u. Augustinus Sane non reddidit, sed solumque

parationem accommodatam, qua posita uoluntas, gratia condituat
te, se determinat

Dices, preparationem Sane includere determinationem, ac pro
inde perinde fuisse dicere preparati, ac determinati uoluntas a Do-
mino. Assumptum patet, quia uoluntas tunc preparati, cum deter-
minatur Et conuertitur. Ergo si Deus sua sola Et efficaci uirtu-
te illam secundum Augustinum, preparat, plane etiam determi-
nat. Et Sac accepto uerbi preparandi longe aliena est a mente
Augustini in illo loco. Est enim in nostris uoluntate duplex pre-
paratio: Una que per se disponit ad iustitiam habitualem, uel ad ali-
quam uirtutem eius, ut ad charitatem, fidem, spem; alia, qua ad
illam dispositionem cum effectu habendam preparati uoluntas. Pura
consistit in aliquo actu libero Et Sumano, Et generaliter dici potest
conuersio, uoluntatis ad fidem, uel ad penitentiam, uel ad dilectionem.
Posterior uero libera non est, nec requirit nostrae uoluntatis consen-
sum, sed ad illum ab illa obtinendum ordinatur. De priori loquu-
tum est concilium Trident. sess. 6. cap. 4. cum dixit, si quis dixerit
liberum hominis arbitrium a Deo motum Et excitatum nihil coope-
rari, assentiendo Deo excitanti atq; uocanti, quod obtinendam ius-
tificacionis gratiam, se disponat Et preparat Ec. De posteriori
uero locutus est Augustinus citato loco. In cuius etiam doctrina
obseruandum est, interdum predestinationem ipsam uocari prepara-
tionem. Sic in lib. de predestin. sanct. cap. 10. definit predesti-
nationem, ut sit preparatio, Et prescientia gratiae, tribusque uisum Dei,
quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Illa uero prepara-
tio cum aeterna sit, sicut Et ipsa predestinatio, non est externa (ut
si dicam) sed interna, id est, non est in Sumana uoluntate, sed in
Deo, nihilque aliud est quam prescientia cum proposito absoluto dandi
Homini talem finem per talia media. Ex Sac ergo aeterna pre-
paratione manat temporalis, que inchoat per diuinam uocationem,
Et inspirationem, internamque motionem. Et de Sac loquitur ibi
Augustinus nam illa non includit consentum hominis, sed antecedit
illum. Quem sensum uerba ipsa Augustini praese ferunt,
ideo enim ait Sot uelle credere, quia preparati eorum uoluntas
a Domino: non ergo loquitur de preparatione per fidem ad iustitiam,
sed de preparatione ad ipsam uoluntatem credendi, quam prepara-
tionem non homo libere facit, sed a Deo illam recipit, Et illam
preparatur, non autem determinatur, ut uelit. Unde idem Augu-
stinus lib. 2. contra duas Epist. Pelagian. c. 9. Sane preparatio-
nem tantum Dei uocauit, ac scripta in concordiam redigere duo loca
Sapientis prouerb. 8. preparatur uoluntas a Domino iuxta ~~Ps.~~ Lxx. 66.
uerb. 16. Homini est preparare animam. Nam in Sac ultimo
sermo est de preparatione. Sumpta priori modo a nobis exposito, de
qua ait August. Homini est preparare cor, non tamen sine adiub.
uio Dei, qui tangit cor. Et de hoc tactu intelligit alia uerba
preparatur.

preparatur voluntas à Domino. Quam vero diversum sit Deum tangere cor, & illud determinare, satis illa verba eiusdem sapientie declarant, Ego sum ad certum Repulso, si quis aperueris, incedas ad eum. Unde concludit eodem loco idem August. Deum per gratiam esse utriusq; preparationis autorem, sed diverso modo, quia unus (inquit) cooperatur homini facienti, alteram solus facit. Quia multa (inquit ibidem) sunt in homine bona que non facit homo: nullum autem est in homine bonum, quod non facit Deus, ut faciat homo. Preparat ergo Deus hominem, ut velit, sua sua gratia excitando & inspirando voluntatem bonam, non autem determinando.

Secundum fundamenti.

Secundum fundamentum principale hoc modo declaratur. Quia nulla gratia excitans seu preveniens determinat hominis voluntatem: sed gratia, per quam Deus iuxta doctrinam, & modum loquendi Augustini, hominis voluntate ita preparat, ut in se libere velit quod Deus vult, eam velle, seu per quem facit ut velit. Et est gratia preveniens, nec de alia loquitur Augustinus in omnibus citatis locis: ergo non loquitur de gratia efficaci determinante liberum arbitrium. Majoriorem non negant etiam fautores alterius sententia, vel si qui negant, in eas angustias incidunt, ut conversionem & consensum nostrae voluntatis spontaneum solum esse fateri cogantur. Qui autem attentius rem considerant, id iam negare non audent, ne expressè definitioni concilii tridentini sess. 6. can. 4. contra dicant. Sic enim dicit ibi concilium, si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atq; vocanti, quod ad obtinendam iustificationis gratiam, se disponat, ac preparat, neq; posse dissentire si velit, anathema sit. Vbi prima contrariandum est, concilium non loqui solum de preveniente gratia sufficiente, sed etiam de efficaci: quia non solum loquitur de gratia, cui homo potest cooperari, sed cui cooperatur, ut se disponat ac preparat: gratia autem preveniens, cui homo cooperatur, efficax est in suo ordine. Deinde dicitur, quod de eadem gratia preveniente, cui homo cooperatur, desinit posse hominem illi resistere, & dissentire si velit, etiam facta suppositione talis gratia prevenientis: tum quia ipsum verbum dissentendi, & resistendi, supponit voluntatem, cui dissentiri potest. Tum etiam quia cooperatio cum gratia preveniente, supponit illam, & facit compositionem illam: ergo si potestas dissentendi intelligitur esse, etiam supposita de existente iam in homine preveniente & excitante gratia. Unde licet in ordine ad ipsum consensum non possit homo in tanto composito dissentire cum consensu, id est, non possit eos duos actus simul habere; tamen in ordine ad proximum principium illius consensu, quod est gratia preveniens, etiam in sensu composito potest homo preveniens & excitatus à Deo, dissentire si velit. Et hinc est



planus sensus Conuulij. Et in eo canone diuisionaliter definit: Vnde
est, Somnium uocatum & excitatum a Deo, spontaneè uelle effici-
endo concensum, uoluntatemque diuine excitationi, & libere etiam
uelle, quia cum indifferentia consentit, id est, cum potestates dissentien-
di si uelit. Certum ergo sit, gratiam prouenientem ut si non desi-
minare physice uoluntatem, quia ubi est predecernatio physica pro
est potestas dissentendi, est enim clara repugnancia. Et hanc eti-
am partem esse consentaneam contentis Aug. ex sequentibus testi-
monis manifestum erit.

Probanda ergo superest subsumpta oppositio, scilicet que-
runtur de gratia proueniente loqui in omnibus illis locis, quæ
ex eius doctrina pro physica predecernatione citantur. Hoc autem
ostendo in primis ex illo loco de predest. sanct. c. 6. ubi totam effica-
citatem gratie per hoc explicat, quod preparatur uoluntas a Domino.
ostendimus autem ex eiusdem Augustini doctrina Deum prepara-
re uoluntatem per tactum cordis; tactus autem cordis euidenter per-
tinet ad prouenientem gratiam. Sic etiam exposuit eandem pre-
parationem idem August. de gratia & lib. arbit. c. 17. dicens,
quis istam, &c. paruum dare operatur charitatem, nisi ille, qui
preparat uoluntatem & cooperando perficit, quod operando incipit.
operari ergo incipiendo, est preparare uoluntatem apud Augustinum.
Et in c. 6. precedenti eiusdem libri, illa duo testimonia eundem
sensum reddere docet, preparatur uoluntas a Domino, Prou. 8. Et
Quis est qui operatur in nobis uelle, ad Philip. 2. Hoc autem
testimonium expressè declarat de gratia proueniente in eisdem
locis, Et sage alias. Concordat egregie Sui expositioni Prosper
lib. 2. de uocat. gent. cap. 10. alias 3. ubi loquens de Israeli-
tico populo, ita concludit, quæ diu ergo apud Deum mansit, illa
uoluntate manet, quam Deus inspirauit. Preterit, quia prepara-
tur uoluntas a Domino. inspirare autem
regere ad prouenientem gratiam spectat. Et ideo paulo anti-
tea dixerat, sic spiritum sanctum impendere, moderationem
sua regimere, ut declinandi ad uitia non adimat potestatem. De-
niq. concilium Arausic. cap. 4. ad probandam necessitatem in-
spirationis diuine, de gratia operantis, quæ eadem est cum gratia
proueniente, inducit Augustini testimonium, preparatur uoluntas a
Domino. plane sententiis, cui munus pertinere ad prouenientem
gratiam. Atq. hoc ipsum expressè conseruante uerba Cælestini
pape, Epist. ad episcopos Gallie, cap. 8. Quid tam libero fe-
licis arbitrio, quam quod uniuersa in nobis similitatis consa-
entiam, deulisti. Et tamen instinctum Dei factum esse fideliter
sapienter uidistis. Ideo utiq. quia preparatur uoluntas a Do-
mino, sicut boni aliq. agere paternis inspirationibus suorum
ipse tangit corda fidelium.

Præterea clariùs hoc ipsum ostendo, quia uocatio
diuina



Uideatur prosper lib. 2. de uocat. gent. c. 10. alias 3. et regere ad prouenientem gratiam spectat. Et ideo paulo antea dixerat, sic spiritum sanctum impendere, moderationem sua regimere, ut declinandi ad uitia non adimat potestatem. Deniq. concilium Arausic. cap. 4. ad probandam necessitatem inspirationis diuine, de gratia operantis, quæ eadem est cum gratia proueniente, inducit Augustini testimonium, preparatur uoluntas a Domino. plane sententiis, cui munus pertinere ad prouenientem gratiam. Atq. hoc ipsum expressè conseruante uerba Cælestini pape, Epist. ad episcopos Gallie, cap. 8. Quid tam libero felicitis arbitrio, quam quod uniuersa in nobis similitatis consentiam, deulisti. Et tamen instinctum Dei factum esse fideliter sapienter uidistis. Ideo utiq. quia preparatur uoluntas a Domino, sicut boni aliq. agere paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium.

Divina ad gratiam praeuenientem pertinet, vna inuicem. Si per-
 ta Vocatio totam praeuenientem gratiam complectitur, ut expresse sig-
 nificauit Concilium Trident. sess. 6. c. 5. dicens, Declarat praeterea San-
cta Synodus, ipsius iustificationis exordium in adultis, a Deo per-
Christum Jesum praeueniente gratia sumendum esse. Exponitur
autem quid sit haec praeueniens gratia, subdit, Hoc est, ab eius vo-
catione, qua nulli eorum existentibus meritis vocantur. Ergo
 gratia praeueniens ipsa vocatio: At uero Augustinus in praek.
 gratij huius aperte docet, gratiam illam singularem praedestinatorum,
 qua infallibiliter perducuntur quod Deus uult, esse uocationem quan-
 dam occultam, altam, atq; secretam: ergo euidenter loquitur de gratia
 praeueniente, ac pando non pisse determinante.

Minor oppositio patet ex illo loco de praedestinat. sancti cap.
 8. ubi gratiam illam dicit, esse internam patris doctrinam, Valde
(inquit) remota est ab oculis carnis haec schola, in qua pater audi-
tur, et docet ut ueniat ad filium. Vbi licet non habeat nomen
 uocationis, habet definitionem eius; Quid enim fuit Christo uocare
 discipulos, nisi dicere, Uenite ad me, Ergo etiam interna uocatio
 Patris est, interior doctrina, qua docet ut ueniat ad filium: de hac
 autem uocatione subdit, esse gratiam secretam, et occultam, qua a nul-
lo duro corde respicitur. Non dicit, respi non potest, sed non respici-
tur: Et subdit causam: Teleo quippe tribuitur, ut cordis duritia au-
feratur: id est, quia datur ex Dei proposito. Et congruit, ut aliis
locis infra citandis docet. Atq; hanc eius loci expositionem con-
 firmat egregie aliud August. testimonium lib. 8. 3. questionum
 q. 68. Quoniam nescit uelle, quisquam potest nisi admonitus. Et illo-
catu, siue intrinsecus, ubi nullus hominum uidet, siue extrinsecus
per sermonem sonantem, aut alia signa uisibilia, efficitur ut
etiam ipsum uelle, Deus operetur in nobis. Et infra, Vocatio
ergo ante mentem uoluntatem operatur. Est autem hic locus
 ab Augustino recognitus, et probatus lib. 2. Praeual. c. 26. ubi
 etiam totam hanc doctrinam singulariter confirmat, dicens, Haec
Dei misericordiam, qua dicitur uoluntatem nostram praeuenire,
ac praeparare, esse uocationem. Cuius uocationis distributi-
 onem qua in toto genere humano, et in singulis hominibus
 pro temporum varietate, et opportunitate fit, alibi hinc funde



ordinationis Dei esse, in utroque loco, confirmat, significans
totum hoc negotium, quatenus se tenet ex parte solius Dei ope-
rantis in vocatione, qua hominem seors, vel illo modo praeve-
nit, positam esse.

Qualis autem sit haec uocatio, quando ex Dei firmo
decreto datur, ut habeat effectum, hominemque conuertat, Et quod hoc
non fiat per physicam determinationem, sed per praeuenientem
gratiam peculiari providentia accommodatam, declarat idem Au-
gustinus expressissime lib. de Bono perseuer. cap. 14. ubi agit
de Tyriis, Et sydoniis, quibus uocatio illa specialis data non
est, concludit, Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio di-
uinum naturaliter munus intelligentiae, quo moueantur ad fidem
si congruat suis mentibus, uel audiant uerba, uel signa, uel uis-
uant Recl. Et sane gratiam ait dari electis, non dari autem
praesentis. Constat autem totam sane gratiam ad uocationem et
praeuenientem gratiam pertinere. Et ad morale quoddam regimen,
non ad physicam praedeterminationem. Idem latissime q. 2. ad
simplic. exponens illud Pauli ad Rom. 9. Non ex operibus sed
ex uocante dicitur est, quia maior seruiet minori. Ponderat
illud, ex uocante, totumque opus gratiae ad initium eius reuocat,
quod a uocatione sumitur. Et ideo ait, neminem posse de suis
meritis gloriari, quia fides, quae Dei donum est, antecedit: nec
de fide, quia Deus eam donauit inspirando fidem, ex illa ~~in~~ miseruordia
~~in~~, quae ita praeuenit hominem, ut adhuc infideli uocationem
impertiret. Et infra neminem ait posse gloriari, etiam si credat,
uolens, Et subdit, Quia nemo potest credere nisi uelit, nemo uelle
nisi uocatur, Nemo autem sibi praescire potest ut uocetur; uo-
cando Deus praestat fidem. Et infra, Quid est igitur
quod sequitur, non est uolentis, neque currentis, sed misuentis
est Deus. An quia nihil uelle possumus nisi uocati, Et ni-
hil ualeat nostrum uelle, nisi ut percipiamus adiuet Deus. ut
uolimus suum esse uoluit, Et nostrum, suum uocando, nostrum
sequendo. Expende, totam rationem ^{tribuentis} soli Deo nostrum uelle,
est uocationem. Considera non dixisse suum determinando quid
profecto dicere debuisset, si sentiret. Nam illo modo ~~in~~ uelle

hominis

Homini magis esset ^{Dei}, quam ipsius hominis. sed dixit ~~bonum~~
fructum est vocando, quia solum vocat ^{en} solum deus operatur.

Sunt etiam in eadem questione valde notanda illa
verba, Quia non procedit voluntas bona vocationem, sed voca-
tio bonam voluntatem, propterea Deo recte tribuit, quod bene vo-
lumus. Et sic etiam verum dicit esse illud, Non est voluntis, sed
Dei misericordis, quia eius vocatio est effectiue bona voluntatis,
quia vero sempiterna est, multi vocati, pauci vero electi, ait mi-
sericordiam Dei specialem circa aliquos esse, Quia hoc modo vo-
cauit, quo modo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem. Illa
autem modus non potest esse determinatio physica: tum quia +
stansum est preuenientem gratiam, qualis est vocatio, non habere
sane efficaciam physice determinandi, tum etiam, quia repug-
nat predictis verbis, quibus non in physica determinatione,
sed in vocatione congrua accommodata, ponit totum negoti-
um et mysterium gratia singulari. Prolixam res esset totam
illam questionem hic transcribere. Respondetur: tamen, si atte-
to, et sincere legatur, tot Sabes argumenta sane in iam confir-
mantis, quae verba. Estque illa questio magna auctorita-
tis inter opuscula de gratia ex sententia omnium aucto-
rum; Quia ab eodem Augustino recognita, et commendata
est lib. 2. Praeterea. in initio cap. i. obiter autem notetur quod
de non factis ibidem ait, Ad alios autem vocatio quidem per-
uenit, sed quia talis fuit, qua moueri non possent, ut eam capere
apud essent, Vocati quidem dici poterunt, sed non effecti.
Est enim durum quod ait, ita esse Vocatos, ut moueri non possent,
alioqui quomodo verum est fuisse sufficienter uocatos?
Sed uel intelligit cum compositio non posse cum effectis: uel
certe non intelligit, ut non possent moueri ad fidem absolute,
sed non potuissent moueri congruenter, et accommodate, ad eor-
um dispositionem: Sic est enim quod ait, ut eam capere apud
essent.



Est praeterea ad eandem ueritate confirmanda expres-
sus

congressum, (ut mihi quidem videtur) eiusdem Augustini testi-
 monium, lib. de spirit. et liter. (in quo se ipso testis, lib. 2.
 retractat c. 37. acriter contra inimicos gratiae disputavit) In
 illo igitur lib. c. 34. agens de voluntate credendi sic lo-
 quitur, Non ideo tantum istam voluntatem diuino muneri
tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturali-
ter concreatum est. Verum etiam quod uisorum suasionibus
agit Deus ut uelimus, et ut credamus, siue extrinsecus, si-
ue intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quod ei ueniat in
mentem: sed consentire, uel dissentire propriae uoluntatis est.
 Solam ergo diuinam uocationem dicit esse gratiam illam, per
 quam Deus facit ut credere uelimus, et illam eandem dicit esse
 gratiam, qua diuina misericordia, ^{non} praeuenit: Sane uero tam
 cum abest ut dicat prae-determinare uoluntatem nostram, ut
 illas suppositas soli libertati uoluntatis, tribuere, uideatur
 dissentire, uel dissentire, ita ut aliqua nostra expositione in-
 digeat: nam dissentire solius uoluntatis est; assentire aut
 libertatis est, non solius, sed cum adiuuante gratia, quam
 sic Augustinus non expressit, uel quia res erat clara in sua
 doctrina, uel quia ipsa met uocatio, quae nos praeuenit, adiuuat
 etiam postea, ut infra ex eodem Augustino adnotabimus. Quae
 tamen Augustinus in sensu etiam composito respectu uocatio-
 nis expresse dicit, illa posita, propria uoluntatis esse consen-
 tire, uel dissentire, aperte supponit, uocationem non deter-
 minare sed sic uoluntatem.

Unde aperte constat, in sua-
 sione illa interna, quae diuinitus
 fit, ponere Augustinum
 illa efficaciam gratiae, per
 quam deus noscitur inducit uolun-
 tatem. Unde concludit, si iuxta
 modum quando deus agit cum
 rationali uoluntate, neque
 credere potest quolibet libero
 arbitrio, si nulla sit suasio
 cui credit: profecto si ipsum
 uelle uideret deus operatur in
 homine et in omnibus misericor-
 dia eius praeuenit nos: conuenit
 ut autem uocationi, sicut diximus
 et sic dissentire propriae uolun-
 tatis est.

Expendi praeterea ad rem presentem potest discursus
 Augustini bail. 26. in joan. ubi Augustinus fuit, et eleganter
 tractat uerba illa Christi, Nemo potest uenire ad me, nisi
pater, qui misit me, traxerit eum. Et primo ponit obiectionem, ni-
 cans, Quid hie dicimus patres, si trahimur ad Christum, ergo
inuiti credimus: Ergo uolentia adhibetur, non uoluntate excitatur?
Respondit, Noli cogitare te inuitum trahi, trahitur a ni-
mus et amore: quod uariis modis declarat. Et infra ponde-
rans fidem et confessionem Petri, tu es Christus filius dei uiui,

subdit

subdit, Vide quia factus est, et apertus factus est, Beatus et
Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non reuelavit tibi, sed
pater meus, qui in caelis est. ipsa reuelatio est attractio. Vbi re-
uelationis nomine non nudam obiecti propositionem, sed etiam
vocationem intelligit, ut circa sequentia verba, Erunt omnes docer-
biles Dei, paulo inferius declarauit dicens Et si ab hominibus au-
deant, tamen quod intelligunt intus datur, intus concitat, intus
reuelatur: Et infra, Vide, quomodo trahit pater, docendo delectat
non necessitatem imponendo. Totam ergo Sane actionem in vo-
catione constituit: Et videt aduersus idem August. lib. 2. contra duas
Epistolas Pelagianorum, c. 19. non dixisset conijctum, nisi pater
meus dicitur eum: quo verbo ad summum posset gratia adiu-
uans indicari, sed, traxerit eum, ut necessitatem gratis excitam-
ti doceret. Sui autem actioni duos effectus proximos tribu-
it Augustinus per quos, Deus uoluntatem excitat, aliter, atque in
Sane modum, ad se trahit, scilicet, ueritatem proponere, Et in-
terius illustrare, quia nihil prius animus desiderat, quam
ueritatem, Et voluptatem ac delectationem infundere, quia tra-
hit sua quemque uoluntas. Quod illis exemplis declarat, Primum
uiridem ostendit qui, Et tradit illam, Muej puero demonstrantur,
Et traditur. Quibus declarat actionem Sane non aliter fieri
quam per illuminationem in terram obiecti Et inspirationem Et
affectionem uoluntatis, quibus delectabile fiat quod proponitur.
Et quando haec duo fiunt modo accommodato ut hominem cum
effectu moueant, Cum est uocatio secundum propositum, ut lo-
quitur idem Augustinus lib. de predest. sanct. cap. 3. Et igitur
secundum propositum (inquam) non hominis sed Dei uolentis sal-
uare hominem, Et propterea dantis illi congruam Et accommo-
datam uocationem, ut citatis locis de simplicianum, et de predest.
sanct. Et bono perseuer. declarat Et lib. de corrupt. Et gratia
cap. 7. Et lib. 2. contra duas Epistolas Pelag. c. 9. Et praeterea
eidem uocationi tribuit eisdem locis, semper habere effectum, quia
ex uita Dei scientia congruenter confertur. Atque ita etiam
intelligi potest quod dicit lib. 2. de peccator. merit. cap. 19.
Domini Deum bonum, ides etiam sanctis suis alicuius operis
iustitiam aliquando non tribuere, uel certam scientiam



vel Vitae delectationem, ut cognoscant non à se ipsis,
sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebrae eorum, &
suauitatem, qua det fructum suum terra eorum. Vbi per
certam scientiam intelligere possumus, vel certam scientiam
quam Deus habet de futuro effectu, si talem vocationem praestet:
at: vel magis ad mentem Augustini in eo loco illuminatione
interiorem accommodatam unicuique ad expellendas tenebras eius.
Per vitae autem delectationem intelligit suauitatem con-
gruam voluntati ut subleuetur, & dirigatur ad uicendas dif-
ficultates. Constat autem totum hoc ad gratiam praeuientem
pertinere, quam es loco etiam adiuuantem vocat, quia eademque
prauehit, postea nos adiuuat, ut infra attingemus.

Ultimo ut hoc fundamentum concludam, in si-
nuabo solum quae fere de hoc argumento tractat Augustinus
Epist. ioh. ioh. & ioh. in quarum prima si uerbis totum
ordinem & effectum gratiae complectitur. Gratia Dei per Iesum
Christum non solum remissione peccatorum, sed pietus ipsius ins-
piratione fidei, & timoris Dei, salubriter impartito orationis af-
fectu & effectu sanat infirmitatem nostram. Expende uerbum
illud, Prius inspiratione fidei & timoris: hoc enim est gratia
excitans, ut Concil. Trident. declarauit: per illam ergo dicitur
Deus operari in nobis fidem, timorem & spirituales sanitates.
Hanc etiam gratiam adiuuantem vocat in Epist. ioh. (sensu
proxime explicato) & per illam dicit operari Deum in nobis
uolle & perficere, Philippens. 2. Et tandem dicit esse uocationem
de qua scriptum est Rom. 8. quos praedestinauit, hos et uocauit
ad gloriam, Hi subaudire debemus secundum propositum: sunt
enim & alii uocati, sed non electi, & ideo non secundum pro-
positum uocati, quos autem uocauit secundum propositum
illos & iustificauit. Ecce quomodo singularem illam effecti-
uum gratiam ponit in uocatione singulari & accommodata, &
ideo uocat illam ex opposito, utique absoluto & efficaci salute
di. hominem: & idem repetat in Epist. ioh. ubi fere de-
clarat uocationem illam non consistere in sola lege aut
doctrina sed in inspiratione oculta, per quam praeparatur

Voluntas à Domino, & per quam Deus operatur in nobis
velle & perficere. Appellat etiam illam uocationem altam,
atque secretam, per quam Deus si Sominis agit, seu mouet An-
imum, ut legi atque doceri, accommodet assensum. Totam ergo
 Sane efficacitatem, reducit Augustinus ad Sane uocationem.
 Si ergo uocatio non induit physicam determinationem, ut suppo-
 situm ac probatum est; Plane n' loquitur Augustinus de effica-
 cia praedeterminationis physicae, sed de alio genere moralis motio-
 nis, & inducitionis, quem opor'ne insinuant uerba proxime citata;
 quod nimirum Deus ita per Sane gratiam praeuidentem agit sen-
 sum interiore' Sominis, ut tandem ille accommodet assensum.
 Recte enim dicitur Deus agere sensum Sominis, quia in recipi-
 enda uocatione, & Sae gratia praeuidente interiore, Somo non
 mouetur libere, sed recipit à Deo internam illuminationem, & inspi-
 rationem, per eas tamen induitur Somo, ut accommodet assensum
 uoluntarie ac libere, cum adiutorio eiusdem gratiae illum ter-
 tuendo. confirmari hoc potest ex doctrina eiusdem Augusti-
 ni lib. de concept. signat. cap. 14. & latius lib. de grat.
 & lib. arbit. c. 20. & 21. ubi late exponit Sane motio-
 nis modum, quo Deus interdum utitur, in cordibus etiam malorum
 Sominam, non ex misericordia, sed ex iudicio reddens eis secundu'
 merita eorum, immutans eorum consilia, & eorum corda, uel
 conuertens, uel permitens conuerti, ut iustum esse iudicat, non per
 physicas determinationes uoluntatum Sumanarum, sed per a-
 lium sapientissimum modum prouidentiae suae, libertati Sumanae,
 suaeque infinite sapientiae ac suauis prouidentiae accommodatum.

Tandem quod magnum argumentum est, ita intellexerunt
 Augustini mentem duo grauisimi eius discipuli, & insignes
 gratiae propugnatores, Prosper, & Fulgentius. Illi enim ad obre-
 ctiones Gallorum c. 5. & 6. diuersitatem gratiae in electis, & non
 electis, per differentiam uocationis declarat. Nam Electorum
 interiores sensus Deus aperit, uel in eorum cordibus fidei funda-
 mentum ponat. Quomodo autem hoc Deus in electorum cordib'q'
 operetur, explicat lib. 2. de uocat. gent. cap. 23. & 26.
 alias 8. & in priori quidem docet dari specialem uocationem



excellentiore opere, largiori munere, potentiori Virtute, Electo-
rum uoluntate pulsantem: non dicit physice determinantem. In p[ar]te
terro vero subiungit. Hanc quippe abundantiam gratiam ita credi-
mus, atq[ue] experimur potentem, ut nullo modo arbitremur esse violen-
tam. Et infra gratia quidem in omnibus iustificationibus prin-
cipaliter preuenit, suadendo exhortationibus, mouendo exemplis,
terrendo periculis, inuitando miraculis, dando intellectum, inspi-
rando consilium, corq[ue] ipsum illuminando, Et fidei affectionibus
imbuedo. Sed etiam uoluntas hominis subiungitur ei, atq[ue]
coniungitur, que ad hoc praeuocata est excitata presidij, ut in
se diuino cooperetur operi, Et incipiat exercere ad meritum quod
supremo semine concepit ad studium de sua habens mutabilitate,
si deficit, de gratia operulacione si proficit. Quae operulacio p[er]
innumeros modos, siue occultos, siue manifestos, omnibus adhibetur;
Et quod a multis refutatur, ipsorum est nequitia; quod autem a
multis suscipitur, Et gratia est diuina Et uoluntatis humane, Et
infra, ipsa gratia hinc in omni genere medendi, atq[ue] auxiliandi
di agit, ut in eo quem uocat primam sibi recepticem, Et famu-
lam donorum suorum praeuocata uoluntatem. Expendamus uerbu[m]
preparandi, pro ut supra fecimus, Et notemus omne auxilium
gratiae ad preparandum, non ad physice determinandam uoluntate[m]
ordinari; modum autem preparationis esse moralem Et ~~gratiam~~ excitantem
gratiam, ut latissime in superioribus uerbis Prosper explicauit.
Idem optime lib. contra Collatores, cap. 10 eodem
modo initium gratiae Et preparationem uoluntatis per diuinam
uocationem explicat Fulgentius lib. 2. ad Monimum a c. 8. ad
17. quae prolixum sic esset referre, Et non necessarium, quia
doctrina eadem est. Hi ergo patres in Augustini doctrina non
agnoscunt, aliam gratiam antecedentem nostrum consensum, Et
generantem illum, nisi gratiam uocationis, comprehendentem
gratias omnes praeuenientes, quibus determinatio illa physica
tribui non potest. Ergo nec Augustino potest attribui;
Quod ex sequenti fundamento amplius explicabitur, quod neces-
sarium uisum est, ut omnibus satis faciamus.

Quoniam praeter gratiam praevientem vel operantem necessaria est gratia adiuvans seu cooperans, Exigitur potest aliquis quomodo ex dicto fundamento absolute concludatur, Augustinum nulli auxilio gratiae tribuisse. Sane efficacitatem determinandi praesertim voluntatem humanam, Et deo addimus hoc fundamentum, in quo addimus, ubi cumque loquitur Augustinus de cooperante gratia, nunquam tribuere illi tunc effectum, sed potius oppositum significare. Unde potest integra ratio sic formari, Omnis gratia actualis, per quam Deus efficit supra naturalem actus humanos nostrae voluntatis, sufficienter dividitur in praevientem et concomitantem, seu cooperantem, sed per necessitatem earum determinat Deus praesertim hominis voluntatem secundum Augustinum: Ergo per nullam. Idcirco propositio praeterquam quod constat ex communi scholasticorum sententia. (quod caput est) ex doctrina Concilii Tridentini sess. 6. ubi sub nominibus excitantis et adiuvantis gratiae illa duo membra complectitur. Et nullum aliud agnoscit. Collegitur etiam sufficienter ex doctrina Augustini locis proxime adductis, ubi vocationi semper adiungit adiutorium seu cooperationem Dei, Et si duobus membris totum gratiae influxum contineri putat. Nihil Calet ad simplician) Velle possumus, nisi vocati, Et nihil valet nostrum Velle, nisi ut perficiamus adiuvet Deus. Eue vocationem, Et adiutorium, quibus totus gratiae influxus continetur. (Sicut in Sordid cap. 32. Fortum (inquit) Deo datur, qui hominis voluntatem bonam, Et preparat adiuvandam, Et adiuvat preparatam. Ergo cum hoc secundo genere gratiae scum Deo sufficienter datur, nec aliud fingere necesse est, nec in Augustino habet fundamentum. Nam licet ibidem Augustinus subsequentem gratiam addere videatur, dicens Volentem praevinit ut vellet. Volentem subsequitur ne frustra vellet. Et hoc Gratia non est divorsa in re a praedictis, sed eadem sub diverso respectu. Nam gratia, quae dicitur adiuvans respectu operationis seu voluntatis, ~~non~~ dicitur subsequens respectu prioris gratiae licet respectu voluntatis praevientis sit. Sit ergo constans, omne gratiae auxilium sub altero illorum duorum membrorum contineri.



Et 2^a gratia praevientis dicitur potest subsequens respectu prioris gratiae

124 200

Jam vero quod praeviens gratia non habeat de-
terminare physice voluntatem, satis superque probatum est in su-
periori fundamento. Possetque (ut existimo) ratione euidenter conuinci,
quia tota illa gratia consistit in illuminationibus & inspira-
tionibus seu naturalibus, id est, non liberis quibusdam affec-
tibus & motibus voluntatis, qui non possunt connaturaliter in-
fluere ad physice determinandam illam: sed quia hoc pariter
dicitur iam non negatur in illius probatione, amplius non immoretur.
Euenio ad alteram partem de gratia adiuuante, seu coopera-
te, cui aliqui nunc tribuunt sane efficacitatem determinan-
di physice voluntatem Summanam. A quibus imperimur postulare
vel unum Augustini testimonium prodant, in quo efficacitatem
sane adiuuanti gratiae tribuat. Nam de omnibus, quae
in prioribus opinionibus confirmatiorem adducta sunt, ostensum
aperite est, in illis non esse sermonem de gratia adiuuante, sed
de preueniente. Illa autem testimonia sunt potissima, nec
aliud facile occurrat, nec ab aduersariis hactenus allegatum esse,
quod aliam doctrinam contineat. Non omitto autem aduertere
interdum Augustinum tribuere etiam gratia illi, qua Deus nostram
voluntatem preuenit, eandem adiuuare, ut lib. 2. contra
duas Epist. Pelag. cap. 9. inquit, Dominus admonet ut prepara-
remus voluntatem, in eo quod legimus, Somnis est prepara-
nare cor: Et tamen ut hoc faciat Somno, adiuuat Deus, quia
preparatur voluntas a Domino. Eadem enim gratia qua
Deus preuenit voluntatem, & ita illam preparat, adiuuat
deinceps illam cooperando per eandem gratiam preuenientem,
& influendo in consensum illius. Sicut autem ostendimus,
illam gratiam preuenientem, quae non est aliud quam vocatio in-
terna, non determinare physice voluntatem; ita certum est non
adiuare physice determinando, sed alio altiori modo subleuan-
do infirmitatem voluntatis. Nec enim ipsum adiuuanti, coo-
peranti, vel concomitanti gratia aliam requirit efficaciam:
Neque Augustinus unquam illam significauit.

Quin potius afferre possumus varias locutiones Au-
gustini, in quibus aperte significat, supposita diuina,
vocatione, determinationem voluntatis ipsi recte tribuere

Non omnino determinatur ab alio, sed à se, quantum non sine
 Deo etiam adiuuante. Hunc planè sensum Sabent verba
 illa Augustini lib. 8. 3. questionum, q. 68. Vocatio ante omne
 meritum voluntatem operatur. Propterea Et si quis quam si
 sibi tribuat quod veniat vocatus, non potest sibi tribuere quod vo-
 catus est. Quid quæso est venire nisi se determinare ad consenti-
 endum vocationi: Ergo supposito Vocatione. Non male
 tribuitur voluntati secundum Augustinum quod veniat, ac se
 determinet. Non ergo determinatur post vocationem ab aliqua
 gratia antecedente quæ cooperans sit: alias non solum non posset
 quis sibi tribuere quod vocatus sit. Verum etiam ne quod deter-
 minatus sit, Et consequenter, nec etiam quod veniat quia idem
 sunt: Simile est illud ad simplic. Ve vestimus, suum vo-
 luit esse Et nostrum, suum vocando, nostrum sequendo Nā
 in verbo sequendi determinationem voluntatis intime est inclusam,
 manifestum est. Si ergo voluit August. nostrum esse, sequi, nostrum
 etiam sequi voluit nos determinare: cum diuina gratia adiuuante, nō
 uero determinari ab alia antecedente gratia, quam post vocationem
 non agnoscit August. ratione cuius tribuatur Deo nostrum ve-
 llet, alias etiam Et multo magis dicere debuisset, Ve vest-
imus suum esse voluit nos determinando. Ad hoc magis expli-
 candum considero Augustinum nunquam tribuere sibi Deo ea,
 quæ fiunt ab adiuuante gratia, sed Deo Et nobis, licet gratia
 palam Deo: Et ideo dicit esse necessariam gratiam vocationis ratione,
 cuius nostra bona opera in solam Dei voluntatem reduuntur, quia
 dare vocationem; solius diuina voluntatis est; Ergo nunquam
 August. intellexit, Deum per gratiam adiuuantem operari in no-
 bis, sine nobis, sed per excitantem Et vocantem, stupensissime
 docet in Enchirid. cap. 32. ergo nulla est adiuuans, seu co-
 operans gratia, qua Deus solus determinet voluntatem nostram,
 ergo nulli Auxilio gratia talis effectus tribuendus est.



Hoc uero, Et per præcedens fundamentum enuari
 potest distinctione quadam nuper inuenta de duplici gratia

524
preueniente. Una moraliter mouente, Et excitante voluntatem,
de qua August. potissime loquitur in locis citatis in 2^o Et 3. fun-
damento: altera mouente, p^hysice, Et applicante, cum effectu ipsam
voluntatem ad suam conuersionem, Et consensum: aliqua enim diuini
modi. Deij motus necessaria est ad omnes actiones humane uolun-
tatis, Et ideo in actibus supernaturalibus requiritur talis motus, que
sit gratia: Et quia ut est a Deo, procedit ordine nature, ut si me-
rito dicatur preueniens. De priori ergo concedunt non determina-
re p^hysice voluntatem, Et de illa voluit loqui Concilium Trident.
sess. 6. can. 4. Et ideo etiam preuenientem gratiam sufficientem
tantum appellat, Et non efficacem. De posteriori uero aune deter-
minare p^hysice voluntatem, quia est uel p^hysicum principium
eius in fallibiliter seum habens coniunctam actionem, uel certe
est ipsa met actio, qua Deus mouet efficaciter voluntatem ad uol-
endum actum. Et ideo sane gratiam dicunt e de proprium auxilium
efficax. Videaturq^{ue} Sac distinctio insinuari in Cnesio-
dio edito in Concilio Provinciali Coloniensi anni 1536. ut
in titulo eius dicitur. Ibi enim tit. de sacramento Penitent.
Sed iterum impij, versic. Septimo retinendum est, duplex
distinguitur Gratia preueniens, Et his uerbis declaratur, Una
qua Deus prouocit peccatorem ut resurgat; altera qua peccator pre-
uenienti Deo assentiens iam resurgit. Quae uerba non uidentur
cur in alio sensu. Forse commode rexplicari.

Sed imprimis quoad rem presentem attinet, illa dis-
tinctio duplicis gratie preuenientis in eo sensu declarata, nullum funda-
mentum habet in sententia Augustini, nam in omnibus locis citatis
loquitur aperte de gratia preueniente priori modo, cui tribuit preparare
voluntatem hominis, ut uelit per illuminationem Et inspirationem,
per quas facit ut uelimus. Item sane gratiam preuenientem uoca-
uit semper operantem seu per quam Deus solus sine nobis
utique merentibus, aut libere operantibus, operatur ut uelimus,
quauis ipsum uelle noscru non operetur sine nobis libere consentientibus.
Præter loca autem a nobis citata nullum afferat aliud, in quo alium modum
preuenientis gratie Augustinus tradat. Deinde Concilium Tridentinum non

aliam

aliam nos docuit preuenientem gratiam nisi excitantem & vocantem, quam etiam preuenientem spiritus sancti inspirationem appellauit can. 3. & can. 4. appellat motionem, uel excitationem, cui statim adiungit gratiam adiuuantem, cui uoluntatem nostram cooperari diuit. Non ergo cogimur ex sententia Augustini aut ex aliquo testimonio fidei illam distinctionem admittere: quia omnia testimonia scripturae sufficientissime explicantur de gratia cooperante, iuxta sensum Augustini, seu de excitante, & adiuuante, quae eadem sunt apud concilium Tridentinum, & antiquiora concilia, Mileuitanum et Atrianum. de nulla alia preueniente gratia loquuta sunt.

Possumus autem respondere, quod ad usum uocis pertinet, uerum forte esse dictos patres solum appellasse preuenientem gratiam dictam excitationem & inspirationem ac illuminationem, quia loquebantur de tali gratia preueniente, quae quantum est ex re potest antecedere etiam tempore: Nihilominus tamen, quod ad rem spectat, posuisse etiam alteram motionem, quam sub gratia adiuuante, seu cooperante, comprehendunt. Hanc uero ipsam ad eius efficacitatem explicandam merito potest nos, & debere, preuenientem appellare, quae tenens naturae ordine antecedit, licet dicatur cooperans, quatenus simul aliquo modo est, cum influxu nostrae uoluntatis. Quae responsio cogit nos ut a praecisa disputatione de Mente Augustini aliquantulum diuertentes, rem ipsam breuiter examinemus, ut ita clarius ad ueram Augustini sententiam, id est, ad ueritatem ipsam explicandam respondeamus.

Interrogo ergo in primis, an Sacra gratia preueniens in secundo sensu supra posito sit aliqua res, seu realis motio, quae in nobis fiat, uel sit tamen ipsa efficax uoluntas Dei, quae uult nos mouere, uel nobiscum concurrere ad supernaturales actus. Si Sacra 2. modo sit sermo, facile concedemus uoluntatem illam diuinam secundum se, seu quoad esse praecedere nostram, non solum natura, sed tempore & aeternitate, quatenus ex se preparata intelligitur ad efficiendum, in nobis uel nobiscum tali tempore, talem effectum. Sed nunquam Augustinus Sane uoluntatem uocauit proprie gratiam preuenientem, ne nos de illa nunc loquimur, sed de gratia auxiliis, seu Motionibus quae in nobis fiunt. Praeterea uoluntas Dei dupli-



824 1228
citer a nobis consideratur, etiam iuxta doctrinam Augustini,
scilicet vel ut predestinatio seu prepriniens, vel ut asequens. Pri-
ori modo non est per se activa in nobis, sed ex vi illius applicatur
gratie accommodata ad actum pre finitum; Et de hac voluntate
sapius loquitur August. illamque sub predestinatione concludit: Et
ita hac voluntas vel predestinatio per se non determinat prepriniens;
an vero per aliud id faciat, ex aliis motibus seu mediis, quibus
utiatur, colligendum est. Voluntas autem ut exequens dupliciter
tamen potest operari in nobis, scilicet vel claudo principium ad
aliquid super naturale ad volendum, vel concurrendo ad ipsam vel
de. Illud prius non facit nisi vel in fundendo habitus, quod ad
presens non spectat, vel per motionem propriam gratie excitantis,
de quibus Saetenus diximus. Unde constat talem voluntatem divi-
nam non aliter movere voluntatem nostram, quam moveant di-
verse motiones, et excitationes, quia per illas solum movetur. Et si quid
id aliud fingitur, nec fundamentum habet in Augustino, vel
conciis, nec explicari potest quid vel quale illud sit. Itaque ergo
Dei voluntas comprehenditur sub gratia prevenienti primo, et
proprio modo sumpta, tanquam proprium principium eius, et tan-
quam operans per illam. Quod si sit sermo de voluntate Dei
ut prebentis concursus, actuale ad consensum, si eius consi-
deratio non pertinet, ad principia gratie, sed communis est omnibus
actibus voluntatis, etiam naturalibus, non solum bonis, sed etiam
etiam malis, ut statim in principio questionis in primo puncto la-
ui. Nec invenitur apud Augustinum vel alios patres, aut concil-
lia quod in hoc genere aliquid peculiare tribuere operibus gra-
tie quantum ad modum concurrendi vel promovendi per ipsum
concursum. Nec est ulla necessitas id fingendi, cum necessitas
sui concursus ex eadem subordinatione et dependentia secun-
de cause a prima oriatur, quae in modo eadem est, quavis quae
ad genus actionis, sit actionis ordinis, et requirat influxum Dei
actionis ordinis: sicut ad actiones spirituales necessarius est concu-
sus spiritualis, atque ita aliter quam ad actiones corporales, non
tamen alio modo datus, nec cum alia motione.

Quod si

Quod si dicant (ut sentiri videntur) Sane motionem preuenientem esse aliquid in nobis reuultum, perueniens ad ordinem gratiae: postulabo rursus, an sit aliquid distinctum ab ipso actu naturali, quo voluntas consentit, & ab intrinseca emanatione eiusdem actus à nostra voluntate: vel est ipse met actus quatenus prius natura emanat à Deo, quam à nobis. In hoc enim variant auctores contrariae sententiae. Quidam existimant Sane gratiam preuenientem esse motionem quandam imprestatam à Deo solo nostrae voluntati, realiter distinctam à libero consensu eiusdem voluntatis, eamque ad illum ita determinantem, ut illa motione posita, nulla ratione possit nostra voluntas non prodeire in actum, propter quem datur illa motio. Quod si inquiras, quid nam sit. Saepe motio, per quod fiat, & ad quid terminetur, & qua sit necessitas eius. Respondent necessitatem esse, ut causa secunda ultimam applicetur, moueatur, & perficiatur, à Deo ad efficiendum suum actum secundum: quia causa agens, efficiendo perficitur, cum exeat de potentia in actum: necesse est ergo ut in te recipiat id quod perficitur, quod necessario esse debet proportionatum actioni, & à Deo ut à prima causa proportionata: ergo in ordine ad actus supernaturales debet esse efficax motio gratiae, quae non per aliam, sed per se ipsam fit, nec terminatur ad aliud, quam ad ipsummet actum, quem voluntas libere eligit. Est enim actio, & influxus Dei in talem seu ad talem actum. Itic enim influxus seu concursus Dei tam in suis actibus, quam in omnibus actionibus causarum secundarum quasi duas partes, vel actiones habere dicitur, unam in ipsamet causa secunda ut igne V. g. vel in potentia ipsa voluntatis, cui prebet peculiarem quandam modum & applicationem necessariam ut efficiat actum, quam necesse est esse à solo Deo, quia omnino precedit actionem causa secunda quae nondum completa intelligitur cum omnibus conditionibus antecedentibus requisitis ad agendum, sed ad hoc datur, ut illa compleatur. Aliam in ipsa met actione causa secunda, ignis V. g. vel voluntatis, quia etiam necesse est ipsamet actionem immediate manare a Deo, non tamen solo, sed simul cum causa seu voluntate iam completa in actu primo & applicata. Unde influxus



424 200
Dei quoad Sane secundam partem dicitur esse simul cum influ-
xu voluntatis seu causa secunda, quoad priorem vero partem
dicitur ~~esse simul cum influ-
xu voluntatis seu causa~~ antecedere
ordine naturae & causalitatis, quia illa prior motus est ratio
causa ipsius actionis causa secunda: illa ergo est quae in operibus
gracia dicitur determinare noscram voluntatem.

Hae sententiae sic expositae reddunt ad primum funda-
mentum de subordinatione causa secunda ad primam quoad
actuale concursum per modum actualis motionis vel applicationis
praeuia, & realiter distinctae ab ipsa actione causa secunda. Quod
fundamentum, ~~ut alienum~~ a materia de diuina gratia in
qua uersamur, supra reliquimus. Quia uero aduersarii semper
ad illud referunt, & Augustino tribuunt, Porculamus uel unum
Verbum Augustini, in quo illum motionis modum indicet
nam in omnibus libris uel opusculis de gratia necessitate & effi-
cacia nihil tale potuimus inuenire. Deinde Auctores, qui sic
philosophantur, totam causam ex parte Dei cur ex duobus voca-
tis unus conuertitur, alius non conuertitur, ponunt in hac parte, con-
kursus diuini actualis quae consistit in illa praeuia motione, ex
parte potentiae; & in reliquis auxiliis excitantibus, id est, in
inspiracionibus illuminationibus &c. non consent esse aequa-
les eos, quorum unus conuertitur, & non alius: at August. nu-
quam posuit Sane differentiam in tali motione, sed in ipsamet
uocatione, quae unum ita suadet, ut etiam persuadeat, & non
alium. Praeterea illa motio, ut praeuia est, non est actus uoluntatis,
nec ⁱⁿ illa recipienda nostra uoluntas actiue se subat, sed pure pas-
siue, ut per illam efficiat suum actum. Augustinus autem
semper explicat illam gratiam antecedentem & differentiam eius,
qui conuertitur, ab eo qui resistit, per actus vitales percipiendi
di ueritatem, & delectandi se in ueritate, proposita terroris,
&c. ut in secundo fundamento late explicatum est. ~~Ad~~ Ad haec
Augustinus uocat differentiam, in uocationem altam, atque
secretam: at si negotium totum consistit in illa motione, nullum

est secretum nec mysterium proprium gratiae, sed eadem ratio differentia erit in hoc genere actuum, quae est in omnibus aliis operibus voluntatis, etiam peccatis, nam ex duobus equaliter tentatis, unus consentit determinatus a Deo, alius non consentit, quia non movetur à Deo concurrente cum ipso. Haec ergo satis indicant quàm sit haec ratio dicendi à mente Augustini athena.

Quam vero in se difficilis sit, variis modis demonstrare possem: sed quia hoc non est sic perse intentum, indicabo solum. Primum enim illi auctores coguntur similem praemissionem divinam ponere ad omnes actus ordinis naturalis etiam peccaminosos: in quo si nihil peculiare quoad hanc partem gratiae tribuunt; hinc explicare possunt quo modo consensus hominis in peccatum non principaliter refundatur in Deum. Secundo difficillimum est iuxta illam sententiam intelligere quomodo voluntas nostra libere se exerceat in actum consentiendi: nam stante tota gratia excitante, (ut in nostra materia loquamur) sufficiente ac necessaria ad volendum, voluntas non potest proprio in actum volendi, nisi prius natura a Deo recipiat illam, motionem actualem, quae dicitur esse distincta, realiter ab actu volendi, sed ad illam non active, sed passive tantum concurrere voluntatem nostram. Posita autem illa motione, impossibile est, voluntatem contineri, quin eliciat actum, ubi est ergo libertas parum enim refert quid haece necessitas sit suppositio nis vel sensus compositi, cum suppositio antecedit independenter omnino à voluntate agente, si necessitate naturali secum afferat influxum in actum, non solum ex parte Dei, sed etiam ex parte voluntatis. Tertio non est minus, sed fortasse magis difficile ad intelligendum, quo modo sit in manu hominis sapere hanc motionem à Deo, qua determinetur ad consensum. Nam receptio non est in manu patientis, sed agentis, quia libertas formaliter non consistit in passione, sed in actione, ut satis significavit concilium Tridentinum. sess. 6. can. 4. sed ad hanc mo-



tionem tantum passive se habet nostra voluntas, iuxta illam
sententiam, quae proterus deservitur, si dicatur voluntas nostra
agere sane motionem, quae iam non esse re ipsa distincta ab actio-
ne voluntatis nostrae, nec prior causalitate, quam effectus eius.
Solum ergo passive ad illam se habet: ergo formaliter (ut si
dicam) non est in manu eius. Nec vero dici potest, esse antee-
dentem, seu secundum aliquam dispositi^otionem. Quid enim agat
voluntas nostra, ut illam motionem à Deo recipiat? Quid quid
enim illud esse dicatur, vel est actus liber, vel non. Hoc secundu^o
constat dici non posse, quia actus non liber nec dispositio humana
est, nec est in hominis potestate: si vero dicatur primum ad
illum requiritur alia motio, et de illa iterum quaeramus, et sic pro-
cedamus, donec vel sistamus in dispositione libera, ad quam
non sit necessaria illa motio, quod est contra Hypothesim, vel
fateamur non esse in potestate voluntatis se disponere, et conse-
quenter nec habere illam motionem. Quod si hoc tandem
concedant, consequenter etiam fateantur necesse est, non potius
hominem sufficienter vocatum, qui non consentit, quia non
habuit à Deo sane motionem sine qua exire non potuit in con-
sensum liberum, et ad illam recipiendam nihil agere potuit.
Nec etiam illi ponere impedimentum contrarium nisi ex con-
traria etiam motione, per quam Deus suo etiam arbitrio in
illum pervenit. Quarto explicare non possunt quid sit haec
motio, nam si est pura actio, et ideo per se ipsam fit, quem ha-
bet terminum? Nec enim dicere possunt nullum habere, quia
Soc de omni actione sine multa probabilitate dicitur, et licet
fortasse in inmanentibus tolerari possit, non tamen in transien-
tibus. Illa autem motio cum sit actio solius Dei transien-
tis plane est. Si vero habet pro termino ipsam actum, volen-
di, quomodo ponitur ab illo realiter distincta? cum actio, praesentim transiens, non distinguatur à termino: item ad illum ac-
tum est alia actio, quae simul est à Deo, et voluntate: quid
ergo necesse est aliam actionem multiplicare? Si autem il-
la motio est qualitas aliqua (tertium enim membrum fingi

non potest) illa fiet à Deo per propriam actionem, vel in manente
 tem in Deo, vel transcurrentem in voluntatem nostram (quæta uari-
 uas opiniones quæ ad præsens non referunt) Quinto illa actio
 sic non amplius mouet, nisi ad illam qualitatem, & illa qualitas
 postea erit principium agendi cum ipsa voluntate, & indige-
 bit suo actuali influxu Dei, ut primæ causæ: Ergo oportebit
 hunc influxum prius iterum recipi in illa qualitate, & sic in
 infinitum: vel certe si in illa necessaria non est noua motio,
 nec in calore, vel voluntate, aut aliis principis agendi, erit
 necessaria illa noua qualitas ex vi subordinationis ad primam
 causam, sed solum actualis influxus in suam actionem, ultra vir-
 tutem agendi, quam dari etiam, & conseruari a prima causa
 necesse est.

Propter hæc ergo alii tandem dicunt, Sanemotionem
 non esse rem distinctam ab ipsomet actu voluntatis, quo conse-
 tit libere, Deo prius natura influence in ipsomet actum, qui
 influxus non est quidem res distincta ab ipsamet actione, qua
 talis actus fit, sed est eadem actus ut à Deo: tamen quia prius na-
 tura est à Deo, ideo per illum dicitur, Deus applicare, & præmo-
 uere voluntatem, atq; ad eam determinare illam, salua libertate,
 quia in re non fit illa actio sine cooperatione libera ipsius vo-
 luntatis. Hæc uero sententia in re non discordat à nostra, &
 ideo cum illa non est de nominibus contendendum. Ad tollendam
 autem ambiguitatem uerborum placet magis uti hæc uoce, grinstanz
salutate, quam illa prius natura. Nam influxus Dei per actuali
 concursum dici potest prius natura propter independentiam, nobi-
 litatem, & uniuersalitatem; Non tamen dici potest proprie prior
 causalitate, ita ut uoluntas nostra ideo determinetur ad operan-
 dum, quia Deus per suum concursum illam determinat, quia
 cum illa determinatio sit una indiuisibilis actio à Deo, & à volun-
 tate, non potest habere causalitatem realem in se ipsam secun-
 dum diuersos respectus, qui magis consideratione nostra, quam
 re ipsa distinguatur: Non est ergo ab una causa, quia est ab a-
 lia, sed unaquæque se determinat, cooperante alia. Quod necesse
 est



est fateantur etiam. Auctores prioris sententiae distinguentes
duplicem influxum Dei; unum in causam secundam, alium in
effectum & actionem eius; nam quoad hunc secundum plane ponunt
Sane simultatem sine alio ordine causalitatis. Ita ergo nos loqui-
mur simpliciter de concursu primae causae ut si quatenus datur
causae secundae iam sufficienter constituit in actu primo cum om-
nibus conditionibus requiritis ad agendum: ille enim datur so-
lum in actualem actionem. Et ideo non est distinctus ab illa, nec potest
ordine causalitatis realis illam antecedere. Hoc autem supposito
nulla est propria praedeterminatio propria humana voluntatis
per concursum vel influxum Dei; sed est sola effectus eiusdem actus
cum ipsa voluntate, quae alio titulo dicitur non potest prior natura,
in efficiendo autem non praevient ^{proprie} voluntatem nostram. Et ita non po-
test si concursus ut datur ad supernaturales actus, proprie vocari
gratia preveniens, nec huius appellationis vestigium in
Augustino invenitur sed ut operantem vel adiuvantem gratiam
illam vocat.

Scio ad huc manere quaestionem de voluntate illa
Dei a qua si concursus, seu influxus procedit: quia illa est ab-
soluta & efficax voluntas Dei, & exequens ad extra, & antecede-
dens nostram determinationem, nam ab aeterno posita est, & non
ex praevisione nostri actus, id enim repugnat, ergo antecedenter
ad nostrum actus: ergo per efficaciam illius voluntatis dicitur
nostra voluntas praedeterminari. Sed ad hoc respondendum est,
voluntatem illam Dei, licet in suo esse, ac determinatione
antecedat aeternitate nostrum consensum, tamen causalitatem
non ponit ut antecedentem, sed ut concomitantem, quia per illam
solum vult Deus concurrere nobiscum, & ita virtute indu-
dit conditionem, & concomitantem influxum liberi arbitrii; quia
non vult Deus eius libertatem, violare, seu temerare, ut ali-
bi loquitur Isidorus. Nam, licet posset Deus absolute actum
suae voluntatis nostram movere & praedeterminare, id tamen ne-
cessarium non est ad concursum primae causae, cum satis sit dicta

Voluntas concurrendi. Nec stare posset cum libertate voluntatis, ut alibi latius declaratum est. Quod eandem causam etiam in operibus gratiae non est necessarius ille modus concursus, vel motus per talem voluntatem Dei, alias non esset impotestas hominis, qui re ipsa non conuertitur, habere talem concursum, quia Deus non sabbuit voluntatem dandi illum, si non est in potestate hominis facere, ut Deus sabbuat talem voluntatem: non ergo imputabitur tali homini quod non se conuertat quia sine illo concursu conuerti non potest. Et conuersio non est ille modus concurrendi accommodatus libertati eorum, qui conuertuntur ut vulgari argumento de antecedente suppositione, quae ex voluntate non pendet, ut ponatur, et illi posita resistere non potest, ostendi facile potest: non ergo datur hic concursus per modum causalitatis antecedentis respectu libere voluntatis creatae, sed solum per modum concomitantis, et adiuuantis illam ad causandum actum, nec in Augustino (ut ad inositatum semper reuertar) verbum aliquid inuenio, quod aliud indicet.

Unde ad testimonium illud ex Enciridio Coloniensi non esset mihi necessarium respondere, tum quia illud nec est testimonium Augustini, nec ibi aliquis locus Augustini affertur, ex quo distinctio illa auxiliij praeuientis sub illis verbis colligatur. Tum etiam quia liber ille non habet auctoritatem Concilij, etiam provincialis, sed solum cuiusdam catholici editi, et probati ab illa provinciali Synodo: Nec nobis constat, an ipsa met Synodo, et immediate ab ipsa fuerit totus recognitus et probatus, an uero per alios quibus id munus commissum est.

Deinde ostendo distinctionem illam de duplici gratia praeuientis pro ut in illo libro explicatur, non esse datam propter duplicem gratiam praeuientem sufficientem scilicet et efficacem quia in utroque membro illius inuenitur Gratia efficax ut ex discursu illius doctrinae constat. Nam prior gratia praeuientis dicitur esse illa, qua Deus homines praeuenit, ac incitat ut resurgant ad quam pertinere dicuntur interni motus cogitationis sanctorum circa Deum vel peccatum terror gehennae affectus aliqua boni, itemque specialis occasiones, quas Deus offert, ut excitemur



Si motus, scilicet verbum Dei, aduersitas aliqua, bonum occer-
plum alterius, &c. Deinde uero subditur ex Sac gratia proueni-
ente priusquam ad iustificantem perueniatur, Oriri saepe actus
bonos, liberos & aliquo modo supernaturales, disponentes ad ius-
ticiam paulatim ad iustificationem, ut sunt orare, uitare aliquod
peccatum, restituere alienum, facere elemosinam, &c. Et in
hoc genere ponitur etiam fides & aliqua conuersio voluntatis, quae
appellatur, preparatio ad gratiam iustificationis de qua intelligitur
illud i. Regum 7. preparate corda uestra dominis, & illud Actor.
3. Paenitemini, & conuertimini. Imo ita declaratur dispositio,
quam habuit Cornelius Actor io. ut impetraret a Deo aduentum
Petri. Ex qua doctrina evidens est illam gratiam proueni-
entem quae in illo primo membro collocatur non esse sufficientem
tantum sed etiam efficacem quoad eos actus Summos, propter quos
proxime confertur. Non enim dicitur gratia efficax solum per
ordinem ad aeternam salutem, nec solum per ordinem ad iustifica-
tionem, sed etiam per ordinem ad singulos actus supernaturales:
Est enim gratia seu uocatio efficax ad fidem illam per quam
datur alicui ut credat etiam si non datur illi ut contematur, id est
est de spe & de quocumque alio opere pietatis, ut tale est. Et ita
loquitur Augustinus ubique & est per se res clara: quia gratia
quae suum habet proprium effectum est efficax. Item ibi interue-
nit non solum gratia proueniens, sed etiam cooperans, seu adiuuans,
quia haec necessaria est ad singulos actus pietatis: ergo intercedit
gratia efficax. Denique sibi determinatur voluntas ad tales actus
liberos credendi, sperandi, dandi Elemosinam cum respectu a-
liquo supernaturali & non determinatur a tali gratia proueniente,
ut supra generaliter probatum est, & in praedicto C. in Synodo
supponi uidetur, cum dicitur in Ergo cum Peccator &c. interim
nos ante iustificationem nihil facimus nisi quod bonis inspira-
tionibus Dei non repugnamus, sed assentimur. Quod si
ergo assensum uocatio illa efficax est, eiusque efficacia
non in illa determinatione consistit. Et ita quoad hanc par-
tem tota illa doctrina plurimum fauet nostrae sententiae.

Addeitur uero ibidem, post has preparationes accipere peccator
torem aliam proueniens gratiam Frustrificansem quae uoluntatem

Sanatur, ut Sanata, Dei adiutorio legem impleat quam nulla
 precedunt merita, ipsa est enim qua iustificatur impius: meriti-
 ty autem impij, non gratia sed poena debetur. In quibus ver-
 by videtur esse sermo de ipsa infusione iustitiae habituali, nam il-
 la sola est, quae ex impio facit iustum, & quae sanat Somnem,
 redditq; illum dignum meriti de condigno: quae omnia illi poste-
 riori gratiae praeuenienti ibi tribuuntur. iuxta quem sensum, sub
 actibus prius numeratis quae ex priori gratia praeueniente mana-
 re dicuntur, comprehendendi debet etiam contentio seu ultima disposi-
 tio ad iustitiam habitualem, quia ante hanc preparationem non
 potest absolute diu, nec ut certum promitti quod post tales actus,
 accipiat homo gratiam iustificantem. Et sane loca scripturae,
 quae ibi afferuntur multum fauent huius interpretationi, nam in
 illis sermo est de preparatione sufficiente ad iustificantem
 gratiam, ut patet de verbis petri, Poenitemini & conuertimini.
 Atq; ita fit, ut illa prior gratia praeueniens, sit in suo genere
 sufficiens, & saepe etiam efficax ad actum liberum & super-
 naturalem absolute necessarium ad gratiam iustificationis conse-
 quendam, & tamen aduersarii facientur, illam gratiam praeueni-
 entem, de qua loquitur ibi Concilium, non esse ita sufficiens
 tem natura sua, ut determinet voluntatem humanam ad illi
 actum, ad quem mouet talis gratia praeueniens: ergo gratia hoc
 efficax & sic praeueniens non est necessaria ad iustificationem.
 Solum videri potest. nouus ille modus loquendi, & vocandi gra-
 tiam praeuenientem ipsam infusione iustitiae habituali. Et
 sine dubio sic modus loquendi non est Augustinus nec in illo re-
 perietur. Potuit tamen probabiliter introduci, tum quia
 se solastri illo modo aliquando loquuntur. D. Thomas, & alii habitus
 ipsos infusos numerant inter gratiam operantem, tum etiam
 ut significaretur gratiam illam precedere omne meritum pro-
 prium Et de condigno, etiam si sequatur, post multos actus bonos na-
 tos ex precedentibus auxiliis, ut ibidem statim fuse explicatur qua-
 si insinuando hanc rationem illius appellationis. Tum denique
 quia licet infusio gratiae iustificantis habeat rationem gratiae sub-
 sequentis respectu vocationis & aliorum auxiliorum & actuum
 precedentium, tamen est gratia praeueniens respectu omnium



actuum per quos proprie mere mur coram Deo. Et ita illa dis-
tinctio duplicis gratie prouenientis nihil obstat doctrina a nobis
date sed addit solum quandam loquendi modum.

Unum uero superest (nihil enim difficultatis distinu-
lare, aut occultare debet) in illo met loco Concilii quod nobis
negotium aliquod facere posse videatur. Adduntur enim
statim in s. Thome autem, uerba Sac, Sane autem gratia
am iustificantem uoluntas nostra (ut supra diximus) comita-
tur, ac uelut pedisequa subsequitur, non quidem tempore sed cau-
sa tantum & natura. Voluntas enim in iustificatione nostra
gratia quoddammodo cooperatur, si ut iustificatio nostra sine uolun-
tate, & consensu accipientis non perficitur. In quibus uerbis
imprimis uidetur requiri ad iustificationem nouus actus uolunta-
tis, praeter omnes illos qui fieri possunt per priorem gratiam prou-
enientem, Et ita in eis non uidetur esse sermo de ultima dispositi-
one, sed tantum de remissa. Deinde significat Sane actus
uoluntatis ita comitari iustificationem ut ex infusione ipsius
us uel gratia iustificantis efficaciter & infalibiler consequatur:
ideo enim dicitur uoluntatem nostram esse pedisequam non
prioritate temporis, sed natura, quod non posset esse in uniuersum
verum, nisi emanatio talis actus a gratia iustificante esset
ex absoluta & omnimoda efficacia, atque adeo cum propria determi-
natione uoluntatis. Inducatur praeterea cum illa efficacia prou-
eniente stare cooperationem nostra uoluntatis sufficienter li-
beram quia sine hoc libero consensu non potest perfici iustifi-
catio: hoc autem ipsum est quod alii doctores generaliter docent
de omni consensu libero. Et sane si in uno non repugnat nec in
caeteris repugnabit. Denique supponi in ea doctrina uidetur, Sa-
ne actum uoluntatis, quo ipsa aucta, iustificationem suam in nullo
genere causa antecedere infusionem gratiae iustificantis, sed car-
tum subsequi ordine natura, & tempore comitari, ideoque gratiam
illam iustificantem eiusque infusionem esse simpliciter proueni-
entem, respectu talis actus, licet sit subsequens respectu aliarum
gratiarum.

Difficultas uero Sac nascitur ex vario usu Sanum uocum
gratiae prouenientis, subsequenter, comitantis, & iustificantis. ~~Non~~

Nam duo prima

Nam duo prima sepe sumuntur respectu. Et gratia qua dicitur
 preueniens respectu unius actus est subsequens respectu alterius gratia vel
 actus. Et idem fere est de concomitante. Gratia autem inspicans suum
 effectum interdum summitur pro infusione gratia habitualis interdum ve-
 ro pro tota mutatione ut includit ultimam motionem Dei, qua fa-
 cit voluntatem perfecte conuerti, et preparari ad infusionem gratia sancti-
 ficantis quam statim recipit insinuat ergo in illis verbis omnino il-
 la, que asserit, in iustificatione peccatoris concitacionem ipsam, seu dispositi-
 onem ultimam citari ab habitibus. Et ideo infusio nem gratia sancti-
 ficantis habitualis ordine nature antecedere talem dispositionem, Et il-
 lam secum afferre, consentiente voluntate nostra: qui consensus licet
 sit prior natura quam gratia habitualis ut in nobis recepta neque infor-
 mans, Et sanctificans, non tamen est prior vltimo modo quam infusio eius-
 dem gratia ut est a Deo mouente voluntatem nostram. Hac ergo gratia
 infusio vocatur ibi gratia preueniens illo secundo modo iuxta Sancti-
 miterpeperationem. Quae quidem doctrina sic intellecta licet inter scholasti-
 cos probabilis sit, non tamen certa nec in D. Augustino habet fundame-
 tum, quod ego sciam, vel ab his doctoribus scholasticis allegetur. Ex il-
 la tamen non sequitur determinatio physica quia tota illa propositio vel
 infusio Dei potest habere infallibilem connectionem cum voluntatis
 libero consensu, non ex sola efficacia physica sed adiuncta simul
 presentia conditionata sicut de vocatione congrua dicimus. Nihil
 nisi il virgine omnia qua proponuntur. Nihilominus non censeo doc-
 trinam illam in se veram esse, nec etiam in illo libro fuisse intentam.
 Primum non potest Soluto ex professo ostendi declaratur autem
 breuiter ex Concilio Trident. sess. 6. c. 7. dicente Sane dispositi-
 onem iustificatio ipsa consequitur Et. Et infra docet iustitiam
 unicuique imitari iuxta uniuscuiusque dispositionem: idem can-
 3. Et 4. ex qua doctrina plane colligitur dari ex parte nostra cum
 diuinae gratia auxilio dispositionem aliquam cui commensuratur
 gratia iustificantis infusio Et consequenter dari in nobis dispositi-
 onem ad ipsam infusionem gratia iustificantis, non solum
 prout recipitur in nobis, sed etiam prout a Deo fit: Præter
 quam



quam quod Sac distinctio nec in se ipsis opposita habet fundamentum,
nec intelligi plane potest: quia non est aliqua dispositio ad formam, que
non sit etiam dispositio ad actionem & passionem, per quam fit & re-
cipitur talis forma: nam dispositio in suo genere determinat agens,
ut tanta & tali actione, & non alia inducat formam: alioqui si a-
gens ex se & sine respectu ad præuiam dispositionem inducit tanta
actionem necessario forma erit tanta independentem à dispositione.
Ac uide præterea in præsenâ quod dispositio illa debet fieri à volun-
tate. Si autem fit per Habitalem gratiam, necesse est ut illa gra-
tia supponatur non solum manans a Deo sed etiam recepta in volun-
tate nec solum in fieri, sed etiam in facto esse, quia Habitualis non est
principium cooperans cum voluntate, nisi ut efficiens illam, nec
forma agit aliquid prout est in fieri prius quam sit determinata
& in facto esse. Non est ergo in se uera illa sententia quod autem nec
in illo C. nec in illo fuerit intentio ex sequenti puncto facile constabit.

Respondet igitur illam etiam gratiam præuenientem quæ
in illo secundo membro ibi collocatur, esse propriam gratiam exci-
tantem per illuminationem, inspirationem Sic. solumque distin-
gui à priori membro, quia datur immediate ad eleuandam volun-
tatem ut eliciat ultimam dispositionem ad gratiam prior uero datur
ad remotiorum dispositionem. Hic sensus patet ex discursu illig-
is. Hanc autem gratiam ubi late explicatur quomodo voluntas
consentiat sua iustificationi, non sua sola libertate, sed præuenit
Sac gratia, & adiuta: Et tandem subditur, Itaque totum Deo re-
ascribitur, qui voluntatem nostram (quam creando nobis impertit)
gratia sua præuenit & excitat & respicientem, ut lapsum sur-
um erit, postea corrigit nolentem ut resurgere uellet, postremo
adiuuat uolentem, ut resurgere possit, Et sic salus nostra Deo
graturtum est donum. Ubi dispositio proxima & remota in si-
nuatur, Et gratia utraque præueniens, excitans dicitur, cui
subiungitur adiuuans, ut dispositio consumetur. Unde fit per gratiam
iustificantem ibi non intelligi solum Habitualis infusus, sed etiam

omnem illam motionem gratiae per quam proxime Deus mouet homi-
nem, ut se perfecte disponat, et consentiat, usque ad sanctificantis gratiae
infusionem. Haec autem motio et mutatio tota sequitur regulariter
post dispositiones remotas, ut concilium trident. late describit, et il-
lud ipsum est intentum in illorum Enchiridio. Si nihil aliud non
participat autem illa motio vel excitatio ultimam rationem. Si nome
gratiae iustificantis nisi quando ita datur, ut effectum suum infalibi-
liter consequatur id est, nisi quando datur ut vocatio efficax: hoc
autem non habet ut determinationem positivam sed quia congrue datur
secundum propositum Dei. Ut Augustinus locis citatis docuit, a cuius
doctrina iure non discrepant. Aut forte illius Enchiridionis, licet
aliquem modum loquendi habeant, qui fortasse in Augustino non
reperietur: quod nihil refert, quando in doctrina est summa con-
sensio



374

[Faint, illegible handwritten text]



Tractado del ^{co}fratn Suarez de materia
de auxilijs. sed tñ n̄ inducitur, solum I^{us} surij
m̄m̄na redolent. est. n. deductio.

